ORATIONES

DICENDÆ CUM SACERDOS INDUITUR PARAMENTIS

Ad manuum ablutionem

Da, Dómine, virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam; ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre.

主，求祢賜我德能，使我雙手清白，心身潔淨地為祢服務。

Ad amicitum

Impóne, Dómine, cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

主，求祢給我戴上救恩的頭盔，抵制仇魔的進攻。

Ad albam

Deálba me, Dómine, et munda cor meum; ut, in sánguine Agni dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

主，求祢洗白我身，淨化我心，使我能沐浴在羔羊血中，永享真福。

Ad cingulum

Præcínge me, Dómine, cíngulo puritátis, et exstíngue in lumbis meis humórem libídinis; ut máneat in me virtus continéntiæ et castitátis.

主，求以聖潔之帶束我腰，消除邪念，永保貞潔。

Ad stolam

Redde mihi, Dómine, stolam immortalitátis, quam pérdidi in prævaricatióne primi paréntis; et, quamvis indígnus accédo ad tuum sacrum mystérium, méreár tamen gáudium sempitérnum.

主，求祢恢復我因原罪而喪失的權利，我雖不堪舉行祢這聖祭，但確知唯憑這聖祭才能獲得永福。

Ad casulam

Dómine, qui dixísti: Iugum meum suáve est, et onus meum leve: fac, ut istud portáre sic váleam, quod cónsequar tuam grátiam. Amen.

主，祢曾說過，我的軛甘怡，我的擔子輕省，求使我負起祢的軛、背起祢的擔，藉以獲得祢的恩寵。亞孟。